

Illme Domine.

Quod pro laudabili et inueterato, inclita Reipublica po-  
lonica, more et liberalitate, ab eadem mihi hactenus  
de Dote prouisum non fuerit, id non tam sinistro eiusdem  
affectui (quem semper optimum erga me experta sum)  
quam temporum nostrorum iniuria, praesertim vero gra-  
uissimis variarum rerum momentis et occupationibus, quibus  
ex inopinata ser. mi Regis Vestri Vladislai q. ti gloriosissime  
reuocationis, morte, totum regnum vestram dispendi  
uidebatur, adscribo.

Nunc vero, cum supremus Rerum omnium Moderator Deus  
nobilissima huic Reipubl. optimum Regem reddiderit.  
Hinc eandem Illmam D. Vram pro sua in me beneuolentia rogo,  
quatenus in praesenti amplissimo Dnorum ordinum  
Congressu, ea, qua apud uniuersos et singulos potest  
auctoritate, promouere velit, ut in constituenda dote  
eodem etiam me amore, beneuolentia et liberalitate aspi-  
sectum prosequi non grauentur, qua maiores vestri,  
i Regis sanguine natos, honorare nunquam intermiserunt  
Quod et gloria Vestra et mea erga Illmam D. Vram  
tum etiam uniuersam Patriam meam, gratitudini atqz  
affectui magis magisque incrementum addet. Dabam  
Pusuldorpii. in. Jbris. 1650.

Illmae Dom. Vrae.

A. Electissima



Rkp 1226/15